

PRÆFATIO

LECTORI Sal.

ANtequam ad secutorum le-
ctionem accesseris B. L: unicum
te novisse oportet: *Prima hinc saltem
offerri tibi cogitata, neque tanto,
quanto quidem fieri poterat, studio
elaborata.* Quo ipso quidem non
deprecor, locutionis ruditatem, quod-
que nullum, orationis florem, me
secutum deprehensurus sis; Cum
ab initio statim, unicam mihi sectan-
dam *Veritatem* decreverim, quæ
nullis indiget verborum fucis. (sim-
plex enim est; Mendacia verò sub
phalerato dicendi genere in animos
hominum irrepunt) Sed si forte non
eo ordine omnia disposita observa-
veris, qualem desiderares; aut in
aliis humani quid me passum adver-
teris, æquo hoc animo feras, qualem
tu à